

19. Actiones autem perpetuae sunt, in heredes autem non dantur. Quare si servus exercuerit navem et mortuus sit, nec intra annum competit in dominum actio de peculio.¹
20. Pro contractibus nautarum non convenitur exercitor. Secus in delictis. Praevidisse enim debuit dolum negligentiam ac malitiam ipsorum antequam eos adhiberet.²
21. Qui navi magistrum praeposuit tenetur, sicut is qui aliquem officinae vel negotiationi praefecit.³
22. Si praepositus est magister ut locet tantum, non autem exigat neve vectores accipiat nec onera vel ea praescripsit, praefinivitque ut certis locis naviget, secus autem fecerit, non obligat exercitorem.⁴
23. Si plures sint exercitores unusquisque in totum convenietur, ne in plures scindatur qui cum uno contraxit.⁵
24. Unus ex exercitoribus contrahens cum magistro omnes afficit.⁶
25. Si servus communis voluntate dominorum exerceat, unusquisque e dominis in totum convenietur.⁷
26. Eorum qui in navigio moriuntur debetur merces nisi praedictum sit ut detur de deportatis.⁸
27. Nave naufragante reddit exercitor naula si qua in apparatus cepit tanquam non vixerit.⁹
28. Pro infante in nave nato naulum non datur.¹⁰
29. Si duarum amphorarum navem conduxisti solamque in ea amphoram intulisti, duarum vecturam debes, nisi de singulis illatis pretium te soluturum praedixisti.¹¹
30. Si navis perierit quod caruerit gubernatore tenetur exercitor vectoribus.¹²
31. Cum plures mixtim triticum intulissent, exercitor uni reddidit, et naufragium passus est. Non datur actio reliquis adversus exercitorem. duo enim sunt species locati. aliquando enim idem redditur, ut in iis quae fulloni vel sutori dantur, aliquando non id ipsum sed eadem species, ut si dedero aurum argentumve ad vas conflandum, quod fit artificis [est]: et qui solutum argentum pignori accepit, nihil aliud debet quam quantitatem. et hoc casu igitur confusum triticum exercitoris effectum est liberumque ei fuit universum in unum congerere. solum etenim culpam et dolum praestare debuit tanquam

si inter duos contractum esset. Si vero discretum fuit triticum uniuscuiusque, velut in cephinis seu quid simile, non transit dominium in exercitorem, sed unicuique competit repetitio et actio furtiva in duplum.¹

Si dominus navis vel nautae quid temere proiecirent, navigium obligatur. sed si eo invito magister vel nautae proiecirent, navigium quidem domino redditur, sed ipsi in quadruplum damnantur et onera in fiscum rediguntur.²

Et qui praeest navi officinae vel cauponae tenetur ex delicto operarum tamquam ex proprio quamvis nihil deliquerit.³

Exercitor non praestat facta vectorum extra navigium.⁴ nec a fluctibus summotus videtur vim pati.⁵

Qui cum armis aliquem e navi exturbat actione publica de vi tenetur graviterque in eum animadvertisit.⁶

Idem de iis qui vim inferunt.⁷

Qui navem nautasve impedit vel per dolum efficit ut detineantur, subiacet poenae nummorum viginti.⁸

Provinciam obtinenti non licet in ea navim exornare.⁹

Nec ecclesiastica nec alia quaelibet persona excusat navem maiorem modiis duobus millibus ante exportationem specierum cum omni vectura, nullumque habeant effectum rescripta quae navem immunem facerent.¹⁰

Si a muliere repellatur exercitor, de eo quod cum ea contractum est tenebitur mulier ea actione quae adversum se competit. nam et si praepositorum officinae repellat mulier, tenetur tamen actione quae adversum eam competit. huiusmodi enim contractus non aliorum interest sed sua. nam si pro alio fideiubeat mulier non tenetur. haud etenim decet mulieres alienis contractibus obligari.¹¹

Qui exercitori infert iniuriam publice tenetur et aestimatur ut excedat auri decem libras impunitatem exercitor ipse praestat.¹²

Qui exercitori aliquid subtrahit publice tenetur in quadruplum.¹³

Si publicam speciem emerit exercitor in quadruplum punitur.¹⁴

¹ D. eod. 31. ² D. XXXIX, 4, 11. § 2.

³ D. XLIV, 7, 5. § 6. ⁴ D. XLVII, 5, 1. § 6.

⁵ Quo locus spectet, non liquet. ⁶ D. XLVIII,

6, 3. § 6. ⁷ D. XLVIII, 7, 1. § 2. ⁸ D. XLVIII,

12, 2. § 1. 2. ⁹ D. XLIX, 15, 46. § 2. ¹⁰ Cod. XI,

4, 2. ¹¹ Cod. IV, 25, 4. ¹² Cod. XI, 2, 1. ¹³ Cod.

eod. 3. ¹⁴ Cod. eod. 5 (similiter Cod. IV, 40, 2). Tipu-

citus: περὶ ναύτου δημόσιον πωλοῦντος εἰδος ἵνα δίδωσι τὸ τετραπλάσιον.

¹ D. eod. § 6. ² D. XIV, 1, 1. § 2. Cf. Syn. N,

1, 4. ³ D. eod. pr. Cf. Syn. N, 1, 5. ⁴ D. eod. § 12.

⁵ D. eod. § 25 et dig. 2. ⁶ D. eod. 5. § 2.

⁷ D. cod. 6. § 1. ⁸ D. XIV, 2, 10 pr. ⁹ D. XIX,

2, 15. § 6. Cfr. Proch. XVII, 8. ¹⁰ D. eod. 19. § 7.

¹¹ D. XIV, 2, 10. § 2. ¹² D. XIX, 2, 13. § 2.

Cfr. Proch. XVII, 7 et Attal. XXXII, 2.

44. In eum qui in proprios usus vertit conchyliarem scapham datur actio in duas libras auri.¹
45. Si quis exercitor sine filiis sive heredibus moritur, non inferatur res eius in fiscum, sed habeat collegium exercitorum.²

TITULUS SECUNDUS, LIBRI TERTII.

De nave defendenda.³

1. Apparatum navis et scapham peculiariter⁴ defendimus.⁵
2. Sane serva est navis navigandi opportuno tempore.⁶
3. Qui navem terebrat subiacet actioni confessus in simplum, negans in duplum.⁷
4. Si navis tua in meam irruens damnum dederit, si quidem nautae avertere potuerint, tenentur praedicta actione, quemadmodum si quis manu vel conto laedad. si vero cannabis rumpatur et nihil ex extensis decidit, non subiacet dominus.⁸
5. Si vi ventorum percutiat navis in alterius anchoras funesque amputet⁹, nautae non tenentur, si aliter se ipsos absolvere non potuerunt. idem dicendum de iis, qui in retia incident. Sane si constigit negligentia et socordia nautarum, locus est ante dictae actioni pro damno retis, non piscium captorum.¹⁰
6. Si navis navim demergat, gubernator vel qui prorae praesidet vel nautae convenitur ex negligentia, nisi ingens vis ventorum incubuerit.¹¹
7. Si navis alteram demergat adversum se venientem, convenitur qui prorae puppive praeest. si vero fluctus vi accedit, non tenetur dominus; si negligentia nautarum eveniat sufficit ὁ ἀρχιλογος.¹²
8. Si rudentem solverit quis quo navis ligatur perieritque navis, in duplum condemnatur.¹³
9. Navis est quae mare flumen vel paludem navigat et schedia.¹⁴

¹ Cod. XI, 8, 9. ² Cod. VI, 62, 1. ³ Seu potius vindicanda. Rubrica graeca (ut supra videre est) ait: περὶ πλοίου ἐκδικούμενον. ⁴ In margine additur: separatim. ⁵ D. VI, 1, 3. § 1. ⁶ D. eod. 36. § 1. Cfr. Syn. N, 1, 8. Venturi ergo legit: Ἀμέλται δοῦλον ἐστὶ τὸ πλ. ἐν ἐπιτηδ. ⁷ D. IX, 2, 27. § 24. Cfr. Syn. N, 1, 9.

⁸ D. eod. 29. § 2. Cfr. Syn. N, 1, 10. In schol. ad Bas. LX, 5, 2 locus landatur ut cap. VI. Vide etiam Attal. XXXII, 5. ⁹ In libro scriptum est: ibique infringatur. Haec tamen deleta sunt et pro his positum est: funesque amputet. ¹⁰ D. cit. § 3. Cfr. Syn. N, 1, 10.

¹¹ D. eod. § 4. Cfr. Syn. cit. necnon Attal. XXXII, 6.

¹² D. ibid. et Syn. ibid. ὁ ἀρχιλογος est nimirum actio legis Aquiliae; quod Venturi minime assecutus est.

¹³ D. eod. § 5. Cfr. Syn. l. c. necnon Attal. XXXII, 7.

¹⁴ D. XIV, 1, 1. § 6. Vide Attal. XXXII, 8.

Navicula et artemon non sunt partes navis. ¹⁰ clavus autem malum anchorae et vela quodammodo membra navis sunt.¹

Si navim emero cum armamentis scapha non ¹¹ venit: non enim inter armamenta navis est: eiusdem enim generis est, sed differunt magnitudine. dedecet itaque idem genus et principale esse et apparatum.²

Si ex tuis tabulis navem compagi, tibi³ cedit ¹² navis. nec enim ad priorem materiam redigitur.⁴

Si is cui onus incumbit non solvit, egoque ¹³ navim auctoritate propria contra sententiam ipsius regam abene,⁵ fluviusque navem disperdat, periculum ad me attinet. si vero ipse annuit, negligentiā tantum praestabo, non violentiam.⁶

TITULUS TERTIUS, LIBRI IIII.⁷

De naufragio raptu iactu et contributione.

Si navis levandae causa merces iacentur, omnium contributione iactura levatur. domini enim rerum iactarum si locaverunt merces vehendas, habent adversum magistrum locati actionem, et ipse ex conducto ut merces reliquorum retineat ad praestandam damni partem. Si vero non retineat, habet actionem ex locato adversus vectores; fortasse enim merces non habuerunt. Si vero totam navem non locavit sed singula ipsius loca vectoribus, actionem conducti adversus omnes intentabit; communis enim debet⁸ damni quod propter communem salutem projectum est. Propter detrimentum navis seu iactum armamentorum non fit collatio, nisi ex communi vectorum voluntate vel metu damnum acceptum est; nec enim si instrumentum fabri frangatur, imputatur ei qui rem faciendam locavit.⁹

Omnia qualiacunque, quamvis navi oneri non sint, et navis ipsa et extimatio¹⁰ ipsorum subiacet contributioni exceptis liberis capitibus et cibariis: contribuerentur enim hiis¹¹ qui in nave sunt nec habent. competit autem dominis adversus magistrum actio pro rebus iactis. locus autem est contributioni, si navis redimatur a piratis. si vero alicuius merces ablatae sint vel sua quis ab eis redemerit, non est locus contributioni.¹²

¹ D. XXI, 2, 44. ² D. XXXIII, 7, 29. Cfr. Syn. N, 1, 11.

³ mihi? σόντι legit et A. ⁴ D. XLI, 1, 26 pr. ⁵ regam aut teneam? Videtur Venturi dubitasse utra voce verbum κατάσχω reddendum esset. ⁶ D. XIII, 7, 30.

⁷ Antea et rectius libri tertii (h. e. LIII). ⁸ Deest v.

esse. ⁹ D. XIV, 2, 1. 2 pr. § 1. Vide Syn. N, 1, 12 atque Attal. XXXII, 9. ¹⁰ sic. ¹¹ sic. ¹² D. eod. 2.

§ 2. 3. Graece l. 2. § 2 habet Syn. 1. 1.

3. In contributione quae iacta sunt aestimantur quanti empta fuerunt, non quanti venire poterant, non enim lucri sed damni habetur ratio. sed ea quae contribuuntur aestimantur quanti vendi possunt.¹
4. Servorum qui tempestate perierunt vel morbo absumpti sunt non fit aestimatio.²
5. Si quis ex vectoribus solvendo non sit, id non pertinet ad exercitorem.³
6. Quod iactum est derelictum non est, sed domini manet.⁴
7. Si navis levanda causa iactis sarcinis meis alia navis naufragetur nonnullique per urinatores precio sua recuperarint, ipsi mihi contributionem facient, non utique ego ipsis si contingat me per urinatores aliquid recuperare.⁵
8. Si merces salvae deteriores factae sint propter iactum, fortasse enim propterea quod nudatae sint aspergine maduerunt, si quidem contributio ab ipsis fieri deberet numorum decem, et damnum sit numorum quinque, quinque tantum contribuuntur. sed si contributio sit decem, damnum autem viginti, non contribuunt, sed contribuitur⁶ ipsis decem, quae secundum convenientem contributionem relement damnum.⁷
9. Amissa nave qui ex naufragio sua servarunt non conferunt. nam tunc confertur, cum iactus sit ut caetera salva sint salva nave.⁸
10. Si armamenta vi fluctus perierint exercitorque alia emerit atque ita navigans merces servarit, non debetur a dominus mercium contributio.⁹
11. Pereunte nave quocunque quis ex rebus propriis servavit habeto, quemadmodum ex incendio.¹⁰
12. Quod levanda navis causa proiectum est non est derelictum. requirit enim illud dominus et si invenerit capit. simile autem videtur illi, qui in via proiicit onus ut cum aliis revertatur accipiat que.¹¹

Si ut tua servares mea proiecisti, non teneris. 13. si temere proiecisti, est locus actioni. Si per dolum, competit adversum te actio in dolo in duplum.¹

Si alienum armamentum² proiecero in mare 14. non ut lucrum sed ut damnum inferam domino, teneor actione.³

Si ex iactu alterius propter lucrum substulero 15. teneor furti.⁴

Quod ex naufragio mihi periit, non statim de- 16. sinit meum esse. Sane si quis abstulerit, in quadruplum damnatur.⁵

Quod ex naufragio substuli meum non est, nisi 17. prior dominus pro derelicto habeat.⁶

Res ex nave projectae non sunt sine domino.⁷ 18.

Naufragio vel iactu amissa longo tempore non 19. usucapiuntur: nec enim sunt absque domino.⁸ Sed heredibus quidem datur actio quae competit ad- versus eos qui ex naufragio vel casu vel incendio substulerunt: in heredes autem ad rem tantum con- sequendam.

Qui e nave proiicit ante tempus, rei a se do- 20. minium abdicat, fitque invenientis. At si, ut sal- vam reciperet, proiecit, vindicat ab eo qui cepit. Ignorans enim mentem proiicientis et lucrandi gratia accipiens ut fur tenetur in duplum: si vero ut ser- varet domino cepit, furtum non committit, quem- admodum si arbitratus est simpliciter electum esse.⁹

Qui ex naufragio vel depradata nave rapit vel 21. dolo subripit vel damnum infert, intra annum in quadruplum, post annum in simplum tenetur. Com- petit autem actio pro servo et familia. Poenalis etiam iniuriarum. Locus autem est legi, si tempore et loco naufragii furtum commissum est; teneturque etiam de sicariis.¹⁰

Si ex nave quid temere positum ceciderit et 22. quempiam laeserit, intentatur actio adversus praefectum navis.¹¹

Qui naufragio vel iactu amissa in littore acci- 23. pit, ut fur tenetur in duplum tantum.¹²

Qui gubernacula unumve ex ipsis amovet, pro 24. toto negocio tenetur.¹³

¹ D. eod. 2. § 4. Vide Syn. N, 1, 13. ² D. eod. 2. § 5.

³ D. eod. 2. § 6. ⁴ D. cod. 2. § 8. ⁵ D. eod. 4. § 1.

⁶ sic. ⁷ D. eod. 4. § 2. In Bieneriano (nunc lipsiensi) codice Epanagoges in calce ita legitur: Εὰν τὰ σωθέντα φρογία χείρονται κατὰ πρόφασιν τῆς ἀποβολῆς, τυχὸν γὰρ ἐγνωμοθέντα εὐθύχησαν, εἰ μὲν τῆς ἐξ αὐτῶν ὀφειλουσῆς γενέσθαι συνεισφορᾶς οὖσης νομισμάτων ι' ή ζημία γένεται ε' νομισμάτων, τὰ ε' μόνον συνεισάγουσον· εἰ δὲ, τῆς συνεισφορᾶς οὖσης ι' νομισμάτων, ή ζημία γένεται κ', οὐ συνίσταται (?), ἀλλὰ καὶ συνεισάγεται αὐτοῖς τὰ ι' τὰ μετά τὴν ἀρμόζοντα συνεισφορὰν πλεονάζοντα (?) τὴν ζημίαν. supra p. 102. ⁸ D. eod. 5 pr. Cfr. Syn. N, 1, 18.

⁹ D. eod. 6. Vide Syn. N, 1, 15. ¹⁰ D. eod. 7. Vide Syn. N, 1, 16. ¹¹ D. eod. 8.

¹ D. XIX, 5, 4 pr. ² Aliud verbum (postea dele- tum) scriptum prius fuerat. ³ D. cod. 14. § 2.

⁴ D. XLI, 1, 9. § 8. Vide Syn. N, 1, 14. ⁵ D. eod. 44.

⁶ D. eod. 58. ⁷ D. XLI, 7, 7. ⁸ D. XLI, 2, 21. § 1. 2. Cfr. Syn. N, 1, 18. Verba postrema fortasse scholium exhibent, quod in textum inrepsit. ⁹ D. XLVII, 2, 43. § 11. ¹⁰ D. XLVII, 9, 1 pr. § 1. 5. et l. 2. 3 pr. § 8. Vide Schol. Basil. ed. Heimb. II p. 25 necnon Syn. A, 41 und Attal. XXXII, 12. ¹¹ D. IX, 3, 6. § 3.

¹² D. XLVII, 9, 3 pr. ¹³ D. eod. 3. § 8.

25. Qui per fraudem vel consulo auxilium naufragantibus navique non praestat, tenetur lege homicidarum.¹
26. Qui rapit vel e naufragio lucratur quam poenam pro damno solvet, eandem itidem in fiscum conferet.²
27. E naufragio rapit, qui dum naufragii metus instat rapit.³
28. Si maior praeda e naufragio intercepta sit, liberi fustibus verberati per triennium in exilium mittuntur vel in opus metalli deportantur, si perfecta aetate sunt; servi autem virgis caesi in metallum deportantur. Sed si quod raptum est haud multi precii sit, liberi servique ut dictum est affecti verberibus dimittuntur. Decet autem ut in caeteris in hoc quoque cum puniuntur et personarum et rei habere rationem, ne gravius neve clementius habeantur quam deceat.⁴
29. Actiones vero heredibus dantur sed haudquam in heredes nisi ad rem tantum.⁵
30. Qui projectum ex naufragio quid accipit allegato tempore, fur est. si vero per occasionem naufragii rapit, indifferenter fur est, sive ex mari sive ex naufragio sive ex littore rapiat. Idem dicendum si ex nave vel schedia expugnata quis rapiat.⁶
31. Expugnata dicitur navis seu victa depraedetur sive submergatur sive perforetur sive vela rumpan tur vel anchorae mari dimovcantur.⁷
32. Sancitum est neminem extraneum colligere res ex naufragio, seu miles seu privatus seu liber seu principis servus. Domini etenim aedificiorum quorum proprius contigit naufragium, restituent si quid ex huiusmodi rebus ablatum constabit. Quodsi quis ex illis subripiet, ut fur graviter plectetur. In inquisitionem autem qui rei dicuntur, vel vincti ad magistratusmittentur vel sub cautione quanti aestimabitur delictum. locorum itidem domini cavebunt.⁸
33. Electam vi fluctuum in agro meo schediam non recuperabit dominus quousque me de damno quod inde accidere posset tutum reddat.⁹
34. Unicuique impune licet proprium colligere naufragium.¹⁰
35. Si quis ex naufragio aliquid apud quempiam deposuerit negeturque, depositi ager ad duplum. Si heres dolose idem egerit, et in eum actio in duplum competit.¹¹

Qui ab exercitore quid furatur publice in id 36.
quod quadruplum excedat punitur.¹

Non inferantur in fiscum quae ex naufragio ad 37.
littus appellunt sed redditur dominis.²

Probet intra annum exercitor ubi naufragium 38.
passus sit ut pro vero admittatur.³

LIBRI TERTII, TITULUS QUINTUS.⁴

De legato usu et confessione navis.⁵

Domo vel nave vendita non videntur singillatim 1.
venditi lapides tabulaeque. quare nec de evictione ipsa rum in duplum vendor tenetur quasi parte evicta.⁶

Si generaliter navis legetur perque partes totam 2.
novavero manente forma, navis debetur legatario.⁷

Legato lignorum ad opus utilium non veniunt 3.
naves ex ipsis confectae. Nec si legata navis ad materiam redigatur, nec ipsam nec ligna praestabo.⁸

Si ex parte navis innovetur, manet usus. Quodsi 4.
dissolvatur atque ex eadem materia nihil addito
reficiatur, extinguitur usus. Idem dicendum de domo.⁹

Si confessus tibi navem eam dissolvero eandem que iisdem tabulis refecero, si quidem animo reficiendi dissolvi, eadem videtur navis debeturque. Quod si animus fuit in alios usus tabulas convertere et poenitens incepti navem refeci, alia videtur nec tibi debetur.¹⁰

LIBER III, TITULUS VI.¹¹

De pecunia traiectitia.

Traiectitia pecunia est quae trans mare vehitur, 1.
non quae in loco expenditur, nec quod ex ea emitur,
si tum¹² periculo creditoris vehitur.¹³

Si non adsit qui de traiectitia interpellari debet, 2.
testatio de eo fit proque petitione est.¹⁴

Ex quo convenit navem navigare periculum 3.
creditorem spectat.¹⁵

Pro nautico debito in pignus oppositae fuerunt 4.
mihi merces in navi: si non sufficerent, oppositae item quae in aliis navibus essent. Si ante praefinitum tempus periit navis in qua pecunia mea est, non competit mihi ius in caeteras naves quippe extinto principali debito. Si post praefinitum tempus periit, vel si non periit non tamen sufficient merces quae in ea sint vel perierint, tenentur mihi et ea quae

¹ D. eod. 3 § 8. ² D. eod. 3 § 8. Cfr. Balsam. ad Nomoe. IX, 27. ³ D. eod. 4 pr. ⁴ D. eod. 4. § 1.

Videantur: *gōtai* 26, 8. ⁵ D. eod. 4. § 2. ⁶ D. eod. 5.

Vide Syn. N, 1, 19. Laudatur locus in schol. 1 ad Basil. LX, 20, 3. ⁷ D. eod. 6. ⁸ D. eod. 7. ⁹ D. eod. 8.

¹⁰ D. eod. 12 pr. ¹¹ D. XVI, 3, 1. § 1. Vide schol. e ad Bas. XIII, 2, 1.

¹ Cod. XI, 2, 3. ² Cod. XI, 6, 1. ³ Cod. eod. 2. Cfr. *gōtai* 24, 37. ⁴ sic. ⁵ Graece sic legitur: *περὶ πλοίου ληγατενούέντων ἡ ἐν χρήσει διδομένου ἡ ὅμολογονυμένου*.

⁶ D. XXI, 2, 36. ⁷ D. XXX, 24. § 4. Vide Syn. A, 1, 146. ⁸ D. XXXII, 88. § 1. 2. ⁹ D. VII, 4, 10. § 7.

¹⁰ D. XLV, 1, 83. § 5 (XLVI, 3, 98). ¹¹ sic. ¹² tamen? ¹³ D. XXII, 2, 1. Cfr. Syn. X, 2, 73. ¹⁴ D. eod. 2. ¹⁵ D. eod. 3.

- in caeteris navibus. In traiectitiis autem imminutio pignorum non foeneratorem sed debitorem spectat.¹
5. In traiectitiis absque stipulatione petuntur usurae ex conventione.²
 6. Creditor si per eum stabit quominus praestituto tempore traiectitiam accipiat, non habet usurae petitionem.³
 7. Qui pecuniam magistro credit nosse debet cui rei praesit, necessariumque esse sumptum ad quod mutuatur. Nam si in decoranda nave absque necessitate expendit, non habebit adversus exercitorem actionem. Si plus credidit, non conveniet exercitorem in totum. Sane si in refectione navis utiliter expendet, non autem in superfluis ornamentis, tenebitur exercitor.⁴
 8. Qui propter edificium⁵ vel apparatus credit, habet praelationem.⁶
 9. Si in fabricanda vel armanda vel emenda nave credidi, vel si navem vendidi creditorque sum, habeo praelationem post fiscum.⁷
 10. Posterius credens tum praefertur, cum in armamentum navis credit sibi obligatae vel in refectione vel in victu nautarum vel ut servet obligatas sibi merces vel in solutione ipsa nauili. fortius enim obligat quam premium rerum quae in horreis sunt vel mesinauli.⁸
 11. Qui nautico foenore foenerantur si convenerit ut apud eos periculum sit acceperintque pignus, negocio⁹ deperdito si res pignoratae in promptu sint nihil eos iuvant. nihil enim interest ipsine navigaverint vel pecuniam numeratam in navi habuerint nec ne. Tunc enim maiores debentur usurae cum foeneratoris periculo accipiuntur. qui periculum non suscipiunt maiores usuras non possunt exigere.¹⁰
 12. Foenus nauticae pecuniae crescit super legitimum modum quamdiu in periculo est. quodsi navis in tuto sit, cessant usurae maiores legitimis.¹¹
 13. Creditor periculum navigationis non suscipiens maiores usuras non accipit.¹²
 14. Si foenerator nunciaverit periculum esse in navigatione qua convenit solumque¹³, exercitor vero alio perget et periclitetur vel praeter propriam causam merces deperdat, puta si intulerit aliqua quae emere non debuerit, periculum hoc ad foeneratorem non pertinet.¹⁴

¹ D. eod. 6. ² D. eod. 7. ³ D. eod. 8. ⁴ D. XIV, 1, 7 pr. ⁵ sic. ⁶ D. XLII, 5, 26. ⁷ D. eod. 34.

⁸ D. XX, 4, 5. 6. Verba premium rerum-mesinauli adscripsit ipse Venturi qui addit ut ὑπὲρ κτινομοσθίων. Vide Syn. X, 3, 19. ⁹ navigio? ¹⁰ Forte refertur locus ad l. 1 C. IV, 33, quae periit. ¹¹ Cod. IV, 33, 2.

¹² Cod. eod. 3. Cfr. Syn. X, 2, 75. ¹³ Solumque est pro οἷαι μόνον. Dumtaxat fuerat scribendum. ¹⁴ Cod. eod. 4.

TITULUS SEPT.¹, LIBRI III.

De piscatoribus pescatione et iure maris.

Duos fundos habebam, vendidi sibi alterum pactusque sum ne piscares. quamvis servitus mari privatis pactionibus non imponatur, tamen si bona fide hoc in venditione pactum est, valet, emtorque et eius in venditione vel in hereditate successores servare coguntur.²

Curent magistratus, ne piscares noctu ignem adhibeant periculumque facessant navibus navigantes, qui ex ipsorum lucro³ existimant se portum adventare.⁴

Qui longo tempore in flumine publico solus pescatur, recte prohibet caeteros.⁵

Qui in mare me prohibet pescari, tenetur actione iniuriarum, quemadmodum qui me prohibet uti loco publico vel rebus meis. illi qui publice conduxit datur legitimus defensor si conducto uti prohibeatur.⁶

Consuetudo quamvis sit, tamen est contra leges ut quidam ante aedes suas caeteros pescari prohibeant.⁷

Agricultores et piscares non coguntur preventus suos ad urbes deferre et per se ipsos vendere, sed licet aliis tradere et ad propria munia reverti.⁸

Recte molem in mari facit et aedificat in littore qui nulli incommodum adfert.⁹

Qui in mare pilam iacit dominus quidem ipsius fit, sed haud licet iacere si usus maris littoris impeditur.¹⁰

Usus ripae fluminis publicus est, et volenti licet appellere navim et in ripa ponere sarcinas retiaque exsiccare et in fluminibus navigare funemque arboribus in ripa enatis adligare, dominium autem ripae arborumque pertinet ad dominum in cuius agro sunt.¹¹

Littus est usque eo quo excurrit maximus fluctus. ¹⁰ Idem in palude, nisi tota privati iuris sit.¹² ¹³

¹ sic. ² D. VIII, 4, 13 pr. ³ luce? sed v. supra.

⁴ D. XLVII, 9, 10. ⁵ D. XLIV, 3, 7. ⁶ D. XLVII, 10, 13. § 7. ⁷ D. eod. Cfr. Syn. A, 36, 1. ⁸ D. L, 11, 2. ⁹ D. L, 11, 2. ¹⁰ D. XLIII, 8, 2. § 8.

¹¹ D. eod. 3. § 1. ¹² D. I, 8, 5 pr. ¹³ Hic desinit latina versio Venturi. Nihil in ea ex titulo VII receptum est. Adduntur tamen leges nauticae (tit. VIII), quae satis cognitae sunt neque ea est nostrae versionis praestantia, ut omnino describendae videantur. Admonendi tamen sumus (ut nunc ex novo florentini libri apographo, quod pro me confecit vir doctissimus S. Minocchi, omnino certior fio) Venturi versionem, ideoque eius graecum archetypum, etiam priora illa XVIII capitula continuisse, quae in heimbachiana editione desiderantur. Cum autem ad XVIII^{um} illud desperatum fere caput vir graecae linguae certe non imperitus pervenisset, nihil melius se facere posse putavit, quam ut ipsa graeca describeret, omni versione praetermissa. Pro χορηφάσιν legitur ibid. χορῆν νάειν atque pro πατέας θεοῖς παταθήσιοιν. In ipsa lege Rhodia XXIX dumtaxat priore capita inveniuntur.

BASILICORUM FRAGMENTA DEPERDITA

ex operibus DEMETRII CHOMATENI, iuris commentariis editis compluribus, libris manuscriptis restituta.¹

* II, 3, 2. Τὸν ἥπτον ἐπὶ τῶν ἀσαφῶν ἐπιλεγόμεθα. Ἡπτον δέ φασιν οἱ ἐρμηνευταὶ τὸ κονφότερον.² (Dem. Chom. 358.)

* II, 3, 40. [schol. Θεματίσας δέ τις τῶν παλαιῶν ἔξωθεν τοῦ τοιούτου κεφαλαίου οὕτω φησίν·] Ἐάντι ὑπόσχωμα τὸ τῇ δούλῃ μονονοφορούμενον, τότε ἀπαιτοῦμαι αὐτὸ δύται καὶ γεννηθῆ, οὐ μὴν δὲ πρὸ τοῦ τοκετοῦ· τοῦτο γὰρ η φύσις τῶν πραγμάτων οὐκ ἀπαιτεῖ. (Dem. Chom. 362.)

* IV, 1, 9. [schol.: ζήτει καὶ τὸν ἔξωθεν τοῦ τοιούτου κεφαλαίου παλαιὸν λέγοντα] Ὁ μορέσας ἀζημίως λίνει ἦν ἐποίησε μνηστείαν, εἰ δὲ γαμήσας ἐμόντασεν, ὑπόκειται τῷ ἀπὸ τελευτῆς κάσῳ. (Dem. Chom. 81.)

* XV, 4, 1—3. Οὐ κατέχεται η γυνὴ ἐκ τῶν τοῦ ἀνδρὸς συναλλαγμάτων καὶν ἐγγυήσηται αὐτὸν ᾧ ἐκ τοῦ βελιανείου δόγματος βοηθουμένη καὶ οὐδὲ δημευομένου τοῦ ἀνδρὸς συνυπάγονται τῇ δημεύσει τὰ πράγματα τῆς γυναικὸς οὐδὲ τὰ ἔξωπροικα ὑπόκεινται ταῖς τοῦ ἀνδρὸς λειτουργίαις. (Dem. Chom. 314.)

XVI, 1, 7. Ὁ τοῦ ἐδάφους οἰκήματος ἔχων τὴν χρῆσιν, οἰαδίποτε κέρδη ἔστι τῶν οἰκημάτων, αὐτὸς ἔχει. (Syn. X, 4, 2.)

XVI, 1, 44. Καινὴν ἀμφίσσιν βαλεῖν τοῖς ἀναμφιάστοις τοίχοις δὲ τὴν χρῆσιν ἔχων οὐ δύναται, καὶν κρείττονα τὴν αἴρεσιν τοῦ δεσπότου ποιεῖ. (Epitome VI, 34.)

XVIII, 5, 3 th. 7. Ἐάντι ἐλευθεριάζων δοῦλος δικάσηται παρὰ αἱρετῷ δικαστῇ η ἐμπράκτω, οὔτε περὶ τῶν ψηφισθέντων οὔτε περὶ τῆς ποινῆς δίδοται περὶ τοῦ πεκουλίου ἀγωγή· ἀρμόζει δὲ ἐπὶ τοῖς διαποντίοις χρήμασιν. (Epitome IX, 31.)

* XIX, 1, 15 [ὅγτᾶς]. Ὁπερ ἐπώλησα οὐ γίνεται τοῦ λαβόντος, εἰ μὴ δοθῆ τὸ τίμιμα η ἵκανοδοσία η ἄνευ ἵκανοδοσίας καταπιστεύσω τῷ ἀγοραστῇ. (Dem. Chom. 300.)

Quod minus est in ambiguis sequimur. Minus dicunt interpres id quod est levius. (fr. 9. D. 4, 17.)

[Illustrans quidam veterum extrinsecus hoc capitulum sit ait]: Si promisero id quod ex ancilla mea nasciturum est, tunc id a me petitur, cum natum fuerit, non vero ante natum. id enim rerum natura non vult. (ad fr. 39 ib.)

[Quaere et extra hoc capitulum veterem dicentem]: Qui monachus fit impune solvit quae inierat sponsalia; si quis autem post matrimonium fit monachus, perinde habetur atque si mortuus fuerit.

Non tenetur mulier ex viri contractibus, qnamvis pro eo fideiussiterit ope senatusconsulti velleiani, neque publicato viri patrimonio in publicationem devolvuntur res uxoris neque bona paraphernalia subiacent viri muneribus.

Qui soli aedium usumfructum habet, quaecunque lucra aedium sunt, ipse habet.

(fr. 7. § 1. D. VII, 1.)

Novum tectorium imponere parietibus qui rudes fuissent usufructuarius non potest, tametsi meliorem causam domini facturus sit. (fr. 44. D. VII, 1.)

Si servus, qui se pro libero gerit, apud compromissarium vel ordinarium iudicem litigaverit, nec de iudicato nec de poena datur de peculio actio, competit autem in traiecticia pecunia.

(fr. 3. § 8. D. XV, 1.)

[ut in textu.] Quod vendidi non id fit accipientis, nisi datum sit pretium aut satis datum sit aut sine satisdatione fidem emptoris sim secutus.

(fr. 19. D. XVIII, 1.)

¹ Partim iam collegarat C. E. Zachariaeus a Lingenthal *Beiträge zur Kritik und Restitution der Basiliken* p. 17 sq. Quae ipse collegi asterisco notavi. ² In Bas. editis haec hodie solum leguntur: Ἐπὶ τῶν ἀσαφῶν τὸ ἥπτον ἐπιλεγόμεθα.

* XIX, 1, 22 (όγητῶς). Ό εξ οίονδήποτε ἀγοράζων νομίζων αὐτὸν δεσπότην καλῇ πίστει ἀγοράζει· οὐ μὴν ὁ ἀγοράζων παρὰ ἀνήβου χωρὶς αὐθεντείας τοῦ ἐπιτρόπου ἢ ἐν εἰδήσει σὺν αὐθεντείᾳ τοῦ πλαιστοῦ ἐπιτρόπου. (Dem. Chom. 304.)

XIX, 1, 34 (32) th. 3. Έὰν ὁ πράτης καὶ ὁ ἀγοραστὴς γινώσκωσι ἀλοπιμαῖον τὸ πιπρασκόμενον, οὐδέτερος ἀγωγὴν ἔχει· ἀλλὰ λούσεις γὰρ ἀπατῶσιν· εἰ δὲ μόνος ὁ ἀγοραστὴς οἶδεν, οὐκ ἔχει κατὰ τοῦ πράτου ἀγωγὴν, εἰ μὴ δίδοται αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, οὕτε ὁ πράτης κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ, εἰ μὴ ἐκὼν παράσχῃ ὅπερ συνεφάνησεν· εἰ δὲ μόνος ὁ πράτης οἶδεν, ἐνέχεται· ἀναγκάζει γὰρ ὁ πράτης τὸν ἀγοραστὴν καταβαλεῖν αὐτῷ τὸ τίμημα, λέγων αὐτῷ, εἰ καὶ φούρτιβον ἥγουν ἀλοπιμαῖον ἔστιν, οὐδὲν πρὸς σὲ, ἐμοῦ τῇ ἐκνήσει ὑποκειμένου· καὶ ἐντεῦθεν ὁ ἀγοραστὴς ζητεῖ τὸ πρᾶγμα. (Proch. auct. Parat. 22, 5.)

* ib. 39 (paragraphe: ταῦτα τὸ λθ' διαλαμβάνει κεφάλαιον τοῦ α' τίτλου τοῦ ιθ' βιβλίου τῶν βασιλικῶν, οὗ ἡ παραγραφὴ ἐρμηνεύουσα τὴν ὑπεξαίρησιν τῶν ὄγητῶν ἐπιτετραμμένων οὕτω φησίν). Έὰν ὁ ἄρχων ἔχῃ τι πατρῷον ἐν τῇ χωρᾷ ἢ ἄρχει, ἐπιτέτραπται ἀγοράζειν αὐτὸν φθάσαν ποτὲ πρὸς ἐπερον διαπραθῆναι ἢ μέλλον. (Dem. Chom. 312.)

XIX, 1, 45 (43). Έὰν ἐν ἀγνοίᾳ τὶς ἐσθῆτας παλαιὰν ἀντὶ νέας ἀγοράσῃ, εἰ μὲν τοῦ πράτου γινώσκοντος, εἰς τὸ διαφέρον πᾶν κινεῖ· εἰ δὲ ἀγνοοῦντος, ἐπὶ μόνῳ τῷ πράγματι ἐνάγεται· εἰ δὲ ἀγνοῶν χρυσόχαλκον ἀντὶ χρυσοῦ πωλήσῃ, ἐνάγεται ἐπὶ τῷ δοῦναι τὸν χρυσόν. (Proch. auct. Par. 22, 25.)

* ib. 50. Ό πράτης κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ τὴν περὶ τοῦ τιμήματος ἀγωγὴν κινεῖ. Τὴν γὰρ περὶ πράγματος ἀγωγὴν μετὰ τὴν τοῦ πράγματος παρέδοσιν ἔχειν οὐ δύναται. (Dem. Chom. 301.)

XIX, 1, 57 (55). Έὰν πραθῆ ἥδη οἶκος κανθάρις ὅλος ἀγνοοῦντος τοῦ πράτου καὶ τοῦ ἀγοραστοῦ, οὐκ ἐρρωται ἢ πρᾶσσις καὶ τὸ τίμημα ἀναλαμβάνεται· εἰ δὲ τὸ πλέον ἐκαύθη μέρος, οὐκ ἀναγκάζεται πληρῶσαι τὴν ἀγορασίαν ὁ ἀγοραστὴς, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν ἀναλαμβάνει· εἰ δὲ τὸ ἥμισυ ἢ ἡ τον ἐκαύθη, ἀναγκάζεται μὲν ὁ ἀγοραστὴς πληρῶσαι τὸ συνάλλαγμα, τὸ δὲ τίμημα πρὸς ἀναλογίαν μειοῦται διακρίσει τοῦ δικαστοῦ· εἰ δὲ γινώσκει τὴν καῦσιν ὁ πράτης καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἀγνοεῖ, εἰ μὲν ὅλος ὁ οἶκος ἐκαύθη, ἀνίσχυρος ἢ πρᾶσσις· εἰ δὲ σώζεται ὁ σονδήποτε μέρος, συνίσταται ἢ πρᾶσσις καὶ δίδωσιν

(ut in textu.) Qui a quocumque emerit putans eum dominum esse bona fide emit, non vero qui emit a pupillo sine tutoris auctoritate vel socius cum auctoritate falsi tutores. (fr. 27. D. XVIII, 1.)

Si vendor et emtor sciant furtivum esse quod venit, neuter actionem habet: invicem enim se decipiunt. Si solus emtor seit, non habet actionem adversus venditorem, nisi praestetur ei res, nec vendor adversus emtorem, nisi ultro quod convenit praestiterit. Quodsi solus vendor seit, teneatur. Compellit enim vendor emtorem solvere sibi pretium, dum ait: licet furtivum sit, nihil tua interest cum ego evictioni obnoxius sim: et inde emtor rem consequitur. (fr. 34. § 3. D. XVIII, 1.)

(id persequitur XXXIX capitulum tituli primi libri XIX Basilicorum, cuius paragraphe explicans exceptionem eorum, quibus specialiter est concessum sic ait:) Si magistratus habeat rem paternam in regione, ubi imperium gerit, permittitur eam emere, cum futurum sit ut alteri distrahitur.

(paragr. ad fr. 46. D. XVIII, 1 v^{is} nisi specialiter.)

Si quis ignorans vestimenta interpola pro novis emerit, si quidem venditore sciente, de omni quod interest agit: sin ignorante, solius rei nomine convenitur. Sin ignorans aurichalcum pro auro vendiderit, convenitur ut aurum praestet.

(fr. 45. D. XVIII, 1.)

Vendor contra emptorem agit ex vendito; actionem enim in rem post rei traditionem habere non potest. (c. 1. C. IV, 49.)

Si domus venierit iam omnino combusta ignorante venditore et emtore, venditio non valet pretiumque recipitur. Sin amplior pars combusta sit, non compellitur perficere emtionem emtor sed et recipit quod datum est. Sin vero dimidia vel minor pars combusta sit, cogitur quidem emtor contractum adimplere, pretium autem pro rata minuitur aestimatione iudicis. Sin vendor incendium novit et emtor ignorat, si quidem tota domus combusta est, venditio irrita est: si vero superest quantacunque pars, venditio consistit et praestat vendor emtori quod interest. Si vendor ignorabat, emtor autem sciebat, valet venditio et com-

ο πράτης τῷ ἀγοραστῇ τὸ διαιφέρον. εἰ δὲ οὐ μὲν πράτης ἡγνόει, οὐ δὲ ἀγοραστὴς οἶδεν, ἔρωται η πρᾶσις καὶ ἀναγκάζεται οἱ ἀγοραστὴς δοῦναι ὅλον τὸ τίμημα. εἰ δὲ οἱ δύο γινώσκουσιν ὅλον η ἐκ μέρους καυθῆναι τὸν οἴκον, ἀνίσχυρος οἱ πρᾶσις ὡς ἔκατέρου δόλον πλημμελήσαντος, δτι οἱ δόλος ἐμποδίζει τὴν συστάσιν τῶν κατῆ πίστει συναλλαγμάτων. (Proch. auct. Par. 22, 16.)

XIX, 1, 58 (56). Εἰ δὲ ἀγρὸς πραθῆται τῶν δένδρων αὐτοῦ καυθέντων η ἐξ ἀνέμου ἀποσποσιασθέντων δι' οἱ ἀγρὸς ἡγοράσθη, ἀνίσχυρος η πρᾶσις εἴτε ἥδει εἴτε ἡγνόει οἱ πράτης· εἰ δὲ οἱ ἀγοραστὴς ἥδει η ἡγνόει η ἐκάτερος, τὰ περιτοῦ οἴκου προλεχθέντα κρατεῖ. (Proch. auct. Par. 22, 20.)

XIX, 1 (96). Ἐάν τις πιπράσκων η ἄλλως ἐκποιῶν πρᾶγμα συμφωνήσῃ, ἵνα μὴ ἐξητῷ τῷ ἀγοραστῇ τύφον οἰκοδομῆσαι ἐν τῷ τόπῳ η ἄλλα ποιεῖν θείου δικαίου, τοῦτο τὸ σύμφωνον ἔρωται. ἐξεστι γάρ ἐκάτερῳ παραστεῖσθαι γείτονα δν οὐ βούλεται ἔχειν διὰ ιδικοῦ συμφάνου.

(Proch. auct. Par. 22, 21.)

* XIX, 6, 15. Ή πρᾶσις ἐκ τοῦ μὴ κατεβληθῆναι τὸ τίμημα οὐκ ἀνατρέπεται, εἰ μὴ ἀραι ἐξ ἀρχῆς κατὰ δωρεὰν ἐγένετο καὶ η τῆς ἀγορασίας πίστις ἐπὶ τῆς πράσεως χωρὶς ποσότητος οὐδεμία ἐστίν· ἐκ δὲ τοῦ ἀρέσαντος τιμήματος μὴ ἀριθμηθέντος ἄλλὰ μόνης τῆς νομῆς αὐτῷ παραδοθέσης, τὸ τοιοῦτον συναλλαγμα οὐκ ἐστὶν ἀκυρον οὐδὲ διὰ τοῦτο οἱ ἀγοράσκεις κακῶς νέμεται, δτι μὴ κατεβληθῇ η ποσότης ην δοθῆναι συνεφωνήθη.¹ (Dem. Chom. 300.)

* XIX, 8, 11. Ἐν τῷ περὶ νομῆς δικαστηρίῳ διδοὺς οἱ πράτης τὸ διπλοῦν οὐδὲν ἀπαιτεῖται προφάσει τῶν ἄλλων τῶν ἐξ ἔθους τὴν πράσει συμφωνούμενων καὶ εἰ πωλήσω σοι ἐφ' οἱ μῆτε ἐμὲ μήτε τὸν κληρονόμον μου η τὰ φερόμενα εἰς ἐμὲ πρόσωπα ἐμποδίσαι σοι ἔχειν, καὶ ἄλλος ἐκτικήσει τὸ πραθὲν, οὐκ ἐνέχομει τὴν ἀγωγὴν περὶ τῆς μελλούσης ζημίας οὔτε τὴν ἀγωγὴν τὴν πρᾶγμα ἀπαιτούση εἰς τὸ διαιφέρον, ἄλλ' εἰς τὴν ἀνάδοσιν τοῦ τιμήματος, εἰ μὴ ἀραι συνεφωνησει μηδὲν παρασχεῖν ἐκνικούμενον τοῦ πράγματος ἐν ἀγνοίᾳ τον πιπράσκειν ἀλλότριον. Ο γάρ εἰδὼς καὶ τοῦ συμφάνου ὄντος ἐνέχεται τὴν ἀγωγὴν τὴν ἀπαιτούση τὸ πρᾶγμα, οὐ μὴν ἀγνοήσαις. ἐνδέχεται γάρ τὸν πράτην κερδέναι τὸ τίμημα καὶ τὸν ἀγοραστὴν μὴ σκεῖν τὸ πρᾶγμα καὶ ἐπὶ ἀλείας καὶ θήρας· καὶν γάρ μηδὲν κρατηθῆται, δίδωσιν οἱ ἀγοραστὴς τὸ τίμημα. (Dem. Chom. c. 303.)

pellitur emtor omne pretium solvere. Si ambo norunt totam vel ex parte combustam esse domum, irrita est venditio quippe dolo ab utroque admisso, quia dolus impedit quominus bonae fidei contractus consistant. (fr. 57. D. XVIII, 1.)

Si ager venditus sit arboribus eius igne absumtis vel vento deiectis propter quas ager emtus erat, venditio irrita est, sive scierit sive ignoraverit vendor. Quodsi emtor scierit vel ignoraverit, aut uterque, quae de aedibus supra dicta sunt obtinent.

(fr. 58 [56]. D. XVIII, 1.)

Si quis dum vendit vel aliter rem alienat paciscatur, ne liceat emtori monumentum exstruere in eo loco vel alia quaedam facere divini iuris, tale pactum valet. Licet enim cuique recusare vicinum, quem non vult habere, per specialem conventionem.

(c. 9. C. IV, 54.)

Emptio ex eo quod pretium non fuerit solutum non resolvitur, nisi ab initio per donationem facta sit et emptionis fides in venditione sine quantitate nulla est; quod si ex pretio convento nihil fuerit solutum, sed possessio tantum ei data, huiusmodi contractus non est inutilis neque idecirco qui emit male possidet, quod non est soluta summa, quae ut daretur convenit.

In iudicio de possessione a venditore qui duplum det nihil petitur praetextu ceterorum quae in venditione convenire solent et si vendidero tibi ea lege, ut neque ego neque heres meus seu venientes a me personae impedimento tibi sint quominus habeas et alter rem venditam evincat, non teneor actione de futuro damno neque actione empti in id quod interest, sed (solum) ad pretium restituendum, nisi forte pactus fuero me nihil praestitum propter rem evictam, cum tamen nescirem me rem alienam vendere. Nam qui scivit (rem esse alienam), quamvis id convenerit, tenetur ex empto actione; non vero si ignoravit. Fit enim ut vendor pretium lucrificat et emptor rem non habeat etiam in (emptione) iactus retium aut indaginis. Quamvis enim nihil captum sit, emptor pretium solvit.

(fr. 15. § 18. D. XIX, 1.)

¹ Errata videtur loci indicatio.

* XIX, 8, 27. Καὶ ἡ τούτου παραγραφή·¹ τον-
τέστιν ἐπὶ τῷ παραδοῦναι μόνον τὸ πραθὲν καὶ
μὴ εὐθύνεσθαι ἐν τῇ ἔκκλησι. (Dem. Chom. 303.)

XIX, 8, 52. νῆ. Ἐὰν διατετιμημένον πρᾶγμα
εἰς προῖκα δοθῇ καὶ εὑρεθῇ ὑποκείμενον, ἐδικεῖται
καὶ ὁ δεδωκὼς ἐλευθεροῖ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὑποθήκης.

(Epit. ad Proch. mut. in Bodl. 3399. VIII, 98.)

* ib. 73 sq. Ἔξεστι δὲ κατὰ νόμους καὶ πιπράσ-
κειν τινὰ τὸ διαφέρον αὐτῷ ἐκ τῶν ἐπικοίνων
ῶσπερ οὐκ ἔχοντιν αἱ τοιαῦται πράσεις ἀνα-
τροπὴν ὡς καλῇ πίστει γεγονοῦσαι καὶ εἰς μερίδα
τοῦ πιπράσκοντος πίπτουσαι. οὕτως οὐδὲ τοῦ
μερισμοῦ προβαίνοντος ὑστερον λαχεῖν ἐτέρον
τοῦτον μερίδαν χρεῶν ἢ ἐκείνην ἢν πέπρακεν. εἰ
δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πραθέντων ἀρμόζει μέρος
τοῖς λοιποῖς ἀδελφοῖς, ἔξεστι τούτοις αὐτὸν ἐκ-
δικεῖν ὡς βι. ιθ' τί ἦ κεφ. ογ' κεφ. οδ' κεφ. οε'
κεφ. οσ' ἐν οἷς φησὶν· οὐ δύναται ὁ κοινωνὸς τὸ
κοινὸν πρᾶγμα μονομερῶς ἐκποιεῖν· ἐὰν δὲ ἐκ-
ποιήσῃ ὁ ἕτερος κοινωνὸς τὸ ἴδιον μονομερῶς ἐκ-
δικεῖ, οὐ μὴν καὶ τὸ τοῦ πεπρακότος καὶ στρα-
τιώτης εἴη. (Dem. Chom. 427. cf. Suppl. Bas. 83.)

XIX, 10, 38 (34). Οὐ μόνον ἀπὸ πάθων καὶ
αἰτίων ἀναστρέψεται τὰ ὑποζύγια, ἀλλὰ καὶ ὅτε
τὸ ἐπαγγελθὲν ὁ πράτης ἐψεύσατο διὰ τὴν πρᾶσιν.

(De action. p. 65.)

XIX, 10, 43. Ἐσθότε καὶ τῆς μειούσης τὸ
τίμημα ἀγωγῆς κινουμένης ὁ δοῦλος ἀποδίδοται,
ἔνθα μὴ συμφέρει τῷ ἀγοραστῷ ἔχειν αὐτὸν ὕσως
μανόμενον ἢ σεληνιαζόμενον. (De action. p. 65.)

* XIX, 15, 6. Ἐπειδὴ αὐτὸς δινόματι ἴδιῳ καὶ
τὴν ἀγοραστὰν πεποιήκει καὶ τὸ τίμημα κατεβάλ-
λετο καὶ οὐχ ὅπως οὐδὲ εἰκονικῶς τὸ τῆς πρώ-
της αὐτοῦ γυναικὸς ὄνομα ἐτέθη· καὶ τοῦτο γάρ
ἐνίσχυρον, ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐκείνης
ἡ ἀγορασία τῶν τοιούτων ἀμπελάνων προβέβη-
κεν, ὡς τὸ σ' κεφ. τοῦ ιε' τί. τοῦ ιθ' βι. φησίν.

(Dem. Chom. 234.)

* XXVIII, 4. Additur schol. Eustathii ad. Nov. 22
(ἔρμηνειν τὰ τῆς νεαρᾶς ταύτης καὶ ταῦτα προσ-
τίθησιν). Εἰ καὶ γέργαρται ἐπὶ τούτοις τὸν
δευτερογαμήσαντα μὴ κληρονομεῖν, ἀλλὰ τοὺς
ἀδελφοὺς ὅπως ὁ πατὴρ ζως ζῆ τὴν χρῆσιν ἔχῃ
καὶ ὅτε ἀποθάνῃ, τότε λαμβάνουσι τὰ πράγματα
οἱ κληρονομήσαντες ἀδελφοί. εἰ γάρ ζῶντος τοῦ
κυρίου τῶν πράγμάτων, τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ
αὐτίκα ἡ χρῆσις δοθῆσται. οὐκ ἔχει οὖν τοῦτο,
ῶστε τόπον ποιεῖν ἡ νεαρὰ οὐ μέντοι καὶ τὰ
πράγματα δίδωσιν αὐτίκα. (Dem. Chom. 159.)

¹ Fragmentum ἐν μέρει exhibit Chomat. Integrum
ex palimpsesto ambrosiano exhibuimus.

Et eius paragraphe: hoc est (tenetur) solum ut
rem tradat et non ut de evictione respondeat.

(ad fr. 30. § 1. D. XIX, 1.)

Si res aestimata in dotem data sit et depre-
hensa sit obligata, luitur et qui dedit eam liberat
a pignore. (fr. 52. § 1. D. XIX, 1.)

Licet per leges ut quis vendat partem quae ei
in re communi competit neque revocantur eiusmodi
venditiones utpote quae bona fide sint factae et ad
partem venditores referantur. ita neque divisione
procedente deinceps alteram hunc partem sortiri
debere atque illam quam vendidit. si vero ex rebus
ipsis venditis pars ceteris fratribus competit, licet
his eam vindicare, ut lib. XIX ti. 8 cap. 73 cap. 74
cap. 75 cap. 76, in quibus dicit (textus): non potest
socius rem communem separatim alienare; si aliena-
verit, alter socius partem suam separatim vindicat,
non vero etiam partem vendentis, quamvis miles sit.

(c. 1 et sq. Cod. IV, 52.)

Non tantum ob morbos vitiave redhibentur
iumenta, verum etiam si promissum venditor men-
titus sit propter venditionem.

(fr. 38. § 10. D. XXI, 1.)

Aliquando etiam si quanti minoris agatur man-
cipium redhibetur, cum non expediat emtori id habere,
forte furiosum vel lunaticum. (fr. 43. § 6. D. XXI, 1.)

Postquam ipse nomine proprio et emptionem
fecit et pretium solvit et ne dicis quidem causa
prioris suae uxoris nomen adpositum est (et hoc
enim est inutile) sed et post illius mortem emptio
eiusmodi vinearum processit, ut cap. 6 tit. 15
libri XIX ait.

Interpretans verba huius Novellae [XXII Eusta-
thius] etiam haec addidit: Etsi scriptum est in
his eum non succeedere, qui secundas inierit nuptias,
sed fratres, tamen pater donec vivit usumfructum
habet et cum mortuus fuerit tunc res accipiunt
fratres heredes. Nam si vivo rerum domino [moria-
tur pater], statim ususfructus heredibus eius dabitur.
non habet igitur hoc, ut locum habeat Novella;
immo et res dat statim.

* [Symbathii schol.] Καὶ ὁ Συμβάτιος οὗτος περὶ τῆς ιεραρχίας ταύτης φησί· Τὰ ὄπωσοῦν περιποιηθέντα τοῖς ὑπεξουσίοις εἴτε ἐκ μητρόφας διαθήκης εἴτε καὶ ἔτερον τρόπον τὴν χρῆσιν ἐκτετωσαν καὶ δευτερογαμοῦντες οἱ τούτων πατέρες, ὑπεξηγημένων κανονισμοῖς καὶ ὥσανεὶ κανονισμοῖς πεκοντίων.

(ib. 158.)

* Paragraphe [Καὶ ἡ ἔξωθεν τοῦ κεφαλαίου τούτου παραγραφή]. Οἱ ἀπὸ πρώτου καὶ δευτέρου γάμου τεχθέντες παῖδες τὸν μὲν κοινὸν γονέα ἀδιάθετον τελευτῶντα κληρονομοῦσιν, ἔκαστος δὲ αὐτῶν τὰ ἐκ τοῦ κάσου τῆς προικὸς περιγενόμενα κέρδη τῷ ἰδίῳ γονεῖ κατ’ ἔξαιρετον λήψεται καὶ μὴ τρίτοις γάμοις οἱ δεύτεροι ἐνυπόστησαν παῖδες. Όσα δὲ ἔτερα μετὰ τὴν προῖκα περιήλθεσαν πρόγιατα ἢ τὴν προγαμαίσαν διορεάν κατὰ πρεσβείον ἢ ἐνοτασίν ἢ ληγάτον ἐκ τῆς δευτέρας συναφείας εἰς τὸ δευτερογαμῆσαν πρόσωπον, ταῦτα κοινῶς ἀναδέξονται οἱ ἀπὸ προτέρου καὶ δευτέρου γάμου παῖδες τοῦ κοινοῦ γονέως τρίτῳ μὴ διμιλήσαντος γάμῳ. Φησὶ καὶ ὁ Θαλελαῖος ἐν μέρει ταῦτα· Ὡςπερ τοῦ ἀνδρὸς προτελευτῶντος ἡ γυνὴ δευτέρῳ ἀνδρὶ συναφθεῖσα φυλάττει τοῖς ἐξ ἐκείνου παισὶν ὅσα εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας περιῆλθον, οὕτω καὶ ὁ ἀνὴρ προσποθανούσης, τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς φυλάττειν ὀφείλει τοῖς ἐξ αὐτῆς παισὶ πάντα τὰ εἰς αὐτὸν περιελθόντων ἐκ τῶν αὐτῆς πραγμάτων.

(Dem. Chom. 182.)

* XXVIII, 7, 4. (nota Theodori: ξήτει καὶ τὸν Θεόδωρον ἔξωθεν λέγοντα). Λύσεις τοῦ γάμου ἀτιμώρητοι εἰσιν· τὸ μὴ δύνασθαι τὸν ἐνδρειασμῆναι τῇ γυναικὶ, τὸ αἰχμαλωτισθῆναι, τὸ μονάσαι, ἐφ' ὃν θεμάτων τὰ σιωμένα ἥδη κρατεῖ.

* (Aliud scholion: Ἐστι δὲ καὶ ἔτερος παλαιὸς λέγων.) Ο διὰ τὸν μονήρη βίον λύνων τὸν γάμον ὑπόκειται τοῖς ἀπὸ τελευτῆς κάσοις.

(Dem. Chom. 88.)

* XXVIII, 14, 1. Εἰ πλειόνων ὄντων παΐδων τελευτήσειεν εἶς, εἰ μὲν ἔχει παῖδας, ἐπ’ ἐκείνους φέρεσθαι τὸν κλῆρον τοῦτον. εἰ δὲ οὐκ ἔχει παΐδες, μὴ πάντως εἰς τὸν ἀδελφὸν τὸ πᾶν ἔχεσθαι, ἀλλ’ ὅσον τὸ ἐκ τοῦ συμφάντου τοῦ ἐξ ἀπαιδίας ἐγένετο τῷ γεγεννηκότι τοῦτο αὐτὸν περιδείνειν. Τὸ λοιπὸν δὲ συγχωρεῖν ἔχεσθαι ἐπὶ τὸν παῖδας διεδόχους, εἴτε ἀδελφοὶ καθεστήκοιεν, εἴτε ἔξωτικοὶ τυχόν.

(Dem. Chom. 208.)

* schol.: Ἐὰν ὁ πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ ἐκποιήσωνται τι ἔχων παῖδα καὶ τελευτήσῃ, εἰ μὲν ἀνηβος εἴη ὁ παῖς, ἔχει λ' χρόνους μετὰ τὴν ἡβην, ἢγουν

Et Symbathius sic de hac novella loquitur: Eorum quae quomodounque perveniant ad filiosfamilias sive ex maternis tabulis sive alio modo usumfructum habeant ipsorum patres quamvis ad secundas transierint nuptias, exceptis peculiis castrensis et quasi castrensis.

Et adiecta huic capitulo paragraphe: Liberi nati ex primis et secundis nuptiis communi genitori qui intestatus decebat succedunt, singuli vero lucra quae dotis causa suo genitori pervenerunt praecipient, quamvis liberi ex secundis nuptiis procreati non sint tertiarum nuptiarum iniuriam passi. Quaecumque autem post dotem obvenerunt vel propter nuptias donationem per legatum vel institutionem vel fideicommissum ex secundis nuptiis ad eam personam, quae ad secundas migravit nuptias, haec communiter accipient liberi a communi genitore, qui ad tertias non processerit nuptias, primis secundisve geniti nuptiis. Ait etiam Thalelaeus in parte haec: Sicuti viri praemortui uxor secundo viro coniuncta liberis ex illo natis omnia servat, quae ex eius substantia proveniunt, ita et vir, eius priore uxore defuneta, liberis ex ea susceptis omnia servare debet quae ad se ex eius rebus obvenerunt.

(Quaere et Theodorum, qui extrinsecus ait): Nuptiarum solutiones impune fiunt, cum non possit vir coire cum uxore, vel si ab hostibus capiatur monachusve fiat, in quibus casibus quae diximus optineat.

Si pluribus liberis extantibus unus moriatur, si quidem filios habet, ad hos hereditas defertur. quod si filios non habeat, non omnino ad fratres universa eius bona deferuntur, sed quantum ex pacto si sine liberis decesserit servatum est coniugi, id is lucrari debet. Ceterum conceditur ad filii successores pervenire, sive fratres sint, sive forte extranei.

Si pater vel mater filium habens aliquid alienaverit et decesserit, si quidem impubes filius fuerit, habet (ad vindicandum) triginta annos post puber-